



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 10. Romipetas, ac peregrinos etiam in vrbe morantes, abeuntes
ladentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

§. 10.

Romipetas, ac peregrinos etiam in urbe morantes, abeuntes ludentes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, captivantes, seu depradantes Romipetas, seu peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem

Incurrunt hanc censuram. offendentes Romanos ciues, qui extra Urbem in proprijs Oppidis morantes, aliquando devotionis causa ad Urbem se transferunt, etiam si non sint peregrini, cum verè sint Romipetae. Etiam si Curia Ro-

ms-

mana, vel Romanus Pontifex ibi non sit. hæc. n. censura considerat accessum ad Urbem. non etiam ad eius Curiam.

Incurrunt pariter, qui clam accipiunt bona ipsorum Romipetarum.

Et etiam incurrunt, depredantes mortuum Romipetarum. Nald. contra Ugolinum. Vnde etiam Felinus in capitulo d nobis. 2. de sent. excom. tenuit, percussorem Clerici mortui, affici pena excommunicationis, lata in Can. si quis suadente. 17. q. 4.

S. II.

Offendentes S. R. E. Cardes,
& alios Praelatos.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulneran.